Quaestio Medica,

Cardinalitiis Disputationibus exagitanda In Scholis Medicorum,

die martis 5a Aprilis

D. Joanne Fernelio Doctore ac regio M. Moderatore prudentiss.

Laborne Cibum praecedere debet?

Fluorem perpetuum nostrae substantiae restaurare, Cibo quidem solidam, potu humidam, ac Animalem dum studemus: Excrementorum proveniunt superfluitates, Cuiusq; Coctionis duplex, unum quidem tenuius, alterum vero Crassius, vel Corporum vel Cibi potusq; ratione: Illorum quidem prava Constitutione nativa, aut acquisititia: horum vero qualitatis, quantitatis, modi, ordinis vitio, diversas pathematum species nobis ingenerare solet.

Quibus optime succurrimus, Cum recta expedimus. Compressioni a Crassis succis, extenuante victu: a Copia vacuatione: Contractioni ab austeris pinguibus, et dulcibus: sic a frigidis, Calfacientibus: a siccis humectantibus. Obstructioni a multis, lentis, crassis extenuante victu, medicamento Calfaciente, et difflante, maximeq; exercitatione ante Cibum, a qua arcendi sunt pirocholi

Exercitatio Commoda instrumenta firma robustaq; reddit, unde Corpus laboribus aptum, et ad actiones aptius evadit. Calorem innatum auget, a quo alimenti distributio Celerior: Concoctio magis expedita, nutritio felicior: perfusio omnium Corporis partium, a qua solidarum mollities, + humidorum excrementorum extenuatio et pororum laxitas. Spiritus quoq; Celeriores efficit, sine naturam purgat, et excrementorum vacuatio.

Exercitatio non nisi secunda Coctione peracta ineunda, alias si prius Corpus Crudis humoribus, sin postremis biliosis, repletur: quod nullo sano rectiori iudicio, quam vinis afferre potest. Illa si protinus gravior suscipiatur, vasorum ruptionis, Convulsionis, et spirituum impetu obstructionis ab excrementis periculum minatur: proinde praeparatoria modioris usurpanda.

Praeparatoriam durior subsequatur, quandiu tumescit Corpus, floridus Cutis Color remanet, Concinnus motus omnis erit, et sudor vapore aliquo mixtus redditur. Horum vero aliquo immutato inhibenda, et ad Apotherapiam Conveniendum, quae fit tum frictione modica, tum balneo aquae temperatae, cum spiritus cohibitione, Corporis excrementa (maxime inter Cutem et subiectam illi carnem haerentia) non minus Commode quam praecedens exercitatio expurgante, et partes quod a lassitudine vindicante.

Labor Igitur Cibum praecedere debet.

Asserebat Dionysius Carlaeus Bellovacus. 1551.